



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 2. Regulares præsentantur ad beneficia regularia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

CAPVT SECVNDVM.

Regulares præsentantur ad beneficia regularia.

SVMMARIVM.

- 1 *Heremita, & Regulares non possunt præsentari ad beneficia.*
- 2 *Regularia beneficia regularibus, secularia secularibus sunt conferenda.*
- 3 *Conc. Trid. sess. 14. de re-form. cap. 10.*
- 4 *Equites Hierosolymitani præsentantur ad beneficia dictæ religionis.*
- 5 *Equites Cappellani Sancti Stephani Pisarum præsentantur ad ecclesias seculares.*
- 6 *Religionis Sancti Stephani Pisarum laudes.*

1 **H**eremita autem & Conuersi, Fratres, Monachi, & similes, quamuis tanquam vocati in sortem Domini, clericorum appellatione veniant. gloss. in cap. duo sunt genera. 12. quæst. 1. Isti non possunt præ-

fentari nisi sint capaces de iure, vt in beneficijs regularibus. ad text. in cap. ex eo. §. vlt. de elect. lib. 6. vel de speciali fundatorum dispositione, vel ex Papæ priuilegio. Lambertin. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. artic. 4. & 10. Regularia enim & beneficia Regularibus, secularia secularibus sunt conferenda, vt habetur in 3 Concil. Trident. & sessione 14. de reformat. cap. 10. & in clement. 1. §. sane prioratus. de statu monachorum. Cardinalis Mantica decisio. 68. num. 5. Rot. Rom. Cardin. Seraphin. decis. 1165. & 1305. Et ideo & milites sacre, & Illustrissimæ Religionis Hierosolymitanæ, & similes possunt tantum præsentari regulariter in ecclesijs suarum Religionum. Lambertin. vbi supra artic. 5. Vsu tamen receptum, & de-

5 cium est Pisis † in Cappellanis, qui vocantur Equites cappellani sacrae, & Illustrissimae Religionis sancti Stephani Papae, & Martyris, ut etiam quamvis Regulares videantur, & habeant proprias ecclesias dictae Religionis subiectas, praesententur ad alias ecclesias seculares, & obtineant. ita habetur in libro Statutorum, & Constitutionum dictae Religionis Sancti Stephani. fol. 26. & sequentibus. vbi sunt decif. Rot. Roman. Robusterij, Seraphini, Pamphilij, & Arigonij. De qua re pertractat Nauarr. consil. libro 3. de Regul. consil. 10. Cuius quidem † Religionis praeclearissimae res gestae toto terrarum orbe praedicantur; eiusque triremes auroram inter, & hesperum insignes, & fortissimi equites sub felicissi-

mis auspicijs Serenissimi Cosmi Medices Magni Ducis Haetruriae Primi, dictae Religionis Fundatoris, & Magni Magistri apud Echindas Insulas in nauali pugna fortiter pro fide catholica, dimicando cum victoria rediere; mox sub Inuictissimis Francisco, & Ferdinando feliciss. recordation. captis pluribus Turcarum triremibus, locis, Oppidis, & Urbibus, hodie autem sub felicissimo Imperio Serenissimi Cosmi Secundi, triremibus munitissimis captis, demumque restituta Mediterraneo Mari tranquillitate ob debellatos Turcarum impetus, semper incolumes Liburnum multo rediere triumpho; adeo ut merito dicantur Turcarum terror, salus publica, Infidelium exterminium, & tutela nauigantium.

